

Hippocrates Chymicus. 21.
sicca, Alcinoi filia lauabat lin-
tea ex fonte in maris littore, vt
habet Homerus 6. odyss.



Vitrum componit & dis-
soluit.

CAPVT V.

Vitrum fit ex eodem filice,
& eodem sale alcali, regulâ
à contrario, non autem viâ hu-
midâ vt sapo ; sed siccâ & igneâ
fusione & liquatione. Miscentur
autem tres, aliquando duæ sal-
tem partes pulueris silicum, cum
vna parte salis alcali (& non ci-
barij acidi) quod rodendo liquat
silicem, & in fusionis igne absor-
bet ; dico alcali pars, absorbet
acidum illud, quod silex pro cal-
ce continet supernatatque silice
fuso, vocaturque axungia vitri a
fel vitri, altera pars alcali coit
cum filice, saturaturque de eo,
& quoniam in eodem non con-

a Ana-
tron Crol-
lio in lapide
medicamen-
toso.

sistunt, vt docet Hippocr. euadunt ambo in pellucidam massam, tunc aiunt artifices vitrum esse coctum.

Alcali autem supernatans, & acido saturatum, illud ferreo cochleari deponunt, quod fel vitri vocant; id proijciunt, tanquam pro vitro inutile; in salsum enim à permixtione commutatum est, ideo pastores, pecoribus plus ad lingendum porrigunt, præcipue in locis, vbi sal carius venditur. Hoc humido cælo, facile in liquorem abit, & silicum puluis tunc sponte cadit, liquor calore eoagulatur in verum sal commune; quod probat eius granulatio, & deinde distillatio. Fundus verò, vel sæx, in vrinæ difficultatibus, est medicamentum non contemnendum, sicut & silex ignitus, & in aqua extinctus.

Hæc autem aqua, aliquando frustra propinata fuit, præsertim quando silex minus proprio calore excandescit, & diuretica illa vis perit; perit autem cum ignis.

Hippocrates Chymicus. 23

calor silicem alcalizat, il est, quando ambæ facultates in vnum coeunt, tunc ad urinæ loca non pertingit ratione fixitatis, imò & alia urinam mouentia; tum temporis retardat, quatenus stomachi digestionem, quæ est ex acidis, perturbat, sibi que appropriat. Tunc ceperunt veteres vitrum in silicum puluerem a re-

Vitri vsus.

ducere per extinctionem, in acidum salem, cum felici successu. Hanc reductionem & præparationem, planè Hippocraticam & ingeniosissimam, vocat Reformator *b* more suo, *leuidensem inutilem, ineptam, & omni iure explodendam. Videant, inquit, quam turpiter se dent tales Philosophi putatitij & sermocinales, qui verã philosophiã destituuntur, & in quantos ruant errores, ut non solùm illis, qui penitus naturam eiusque penetralia scrutantur, sed & rusticis ipsis, imò lippis & tonsoribus, nec non vetulis & a-* nis se deridendos propinent. Vitrum hoc modo preparatum (per-

b fol. 734. pharmac.

Construosus sermo, monstruosi ingenij index, ait noster Galenus.

*Tantum-
ne est ab re
eua orij ribi,
aliena ut
cures. Te-
rent.*

git Reformator aculeis pungi)
*sine periculo aut detrimento agro-
tis, licet illud protinùs non sense-
rint, exhiberi minime potest.*

Ego verò probabo, contra Re-
formatoris friuola fundamenta,
eum qui docuit vitri vstionem
rectè sensisse, huncque à calum-
nijs, quibus illum asperferit vin-
dicabo, & præcipuè contra illud;
*quod vitrum hoc modo prepara-
tum, & sine periculo aut detri-
mento agrotis exhiberi non possit.*

*a Vitrum
unde habet
suum com-
poni, in id
peridem sit-
um habet
resolui.*

Accipe ergo vitrum clarum,
pellucidum, illudque pulveri,
& vitro *a* simile, alcali liquato,
postea aere humido expone, &
reperies mox totum vitrum re-
solui in aquam, huic affunde suf-
ficiens acidum, id est Alkali con-
trarium, & cadit silicum pulvis.
Hic pulvis amplius vitrum non
est, sed silicum pulvis, quem
Reformator abhorret, & sine
detrimento ægotis non exhiberi
asserit: immemor, quod silicum
pulverem Reginis *b* commendat
ad generandum lac.

b in ap-

Veteres

Hippocrates Chymicus. 25

Veteres separã di artem, mortali-
bus diuinitus cõcessam non habe-
bant, per discursum tamen hanc
cognoscebant; extinguere itaque
cæperunt vitri pollinem, in cinc-
ribus stipitũ fabarum, quorum sal
est ex acido salsus, vt mox osten-
dam; extinctionem repetebant
semper nouo cum cinere, pul-
ueremque vitri aquã abluabant,
ita vt quælibet extinctio, fuerit
vitri vel alcali destructio, illud-
que abluabant, & rursus extin-
guebant, donec fabarum cinis
omne alcali destruxerat, & im-
palpabilem puluerem relinque-
bat. Hic pulvis est silicum, sicut
ille qui suprã cum alcali liquatus,
& cum acido præcipitatus, quem
Reformator plebeis per os ex-
hiberi tutò non posse putat; &
vt dixi, in Reginis lac generare
promittit,

Hac in præparatione a quam
Reformator ex ignauia & insci-
ria leuidensem appellat, latet
profunda naturalium rerum no-
titia, vt paulatim apparebit, &

pendice
pharmac.
Reg. folo
136.

Curioso-
lus Reformator, qui
in antiquo-
rum peccore
oculum ge-
stans suos
interim er-
rores non
videt.

a Simpli-
cium rerum
preparatio
& cognitio,
totius ho-
minis vi-
tam propo-
modum sibi
requirit.

26 *Ottonis Tachenij*
nullo modo eius assumptio est ti-
menda, vt falsè docet Reforma-
tor. Sed plurimùm ignorantes ti-
mere plurima necesse est.

*****:***:***

Rumor sine Capite,

C A P V T VI.

Circumfertur & modus eli-
ciendi ex silice calcinato vim
diureticam per alcali destructio-
nem, id est, per regulam alcali
contrariam, cum spiritibus aci-
dis, hac viâ. In spiritum salis
frustulatim iniiciunt calcem vi-
vam, qui statim ab alcali calcis
absorbetur magno impetu &
vehementi ebullitione, phlegma
insipidum euocant, & calcem
acido sale saturatam in crucibu-
lo leui igne fundunt, & in mor-
tarium frigidum percolant, fri-
gefactam tundunt (igneas scintil-
las tum spargit) in puluerem,
ex quo aquâ calidâ falsedinem
eliciunt, hanc purificant & coa-